



SERMO

XCVI.

Francis Et sic per totum de epla
 Dominica xvij de evangelio sermo. xvij.

Ibat Iesus in civitatem que vocatur naim. Luc. vij. Sic dicit
 Ioh. Christus ait. Hic venit ut vitam haberemus. Ego inquit
 veni ut vitam habeant. Eramus enim mortui in delictis et
 peccatis nostris. Eph. ij. Propter nimiam causam que dilectos de-
 tum est. mort. pec. et nisi nos Christo cuius gratia estis salvati et resurrecti ut
 et sedere fecit in celestibus in Christo Iesu. Vbi apostolus ostendit quod tri-
 plicem vitam consecuti sumus per Christum. scilicet vitam gratie qua in Christo nos
 vivificavit ut vitam nature in qua cum Christo nos resuscitavit. et vitam
 peritiam per futuram quod causa resurrectionis nostre. resurrexit. et
 iam erat facta. et vitam glorie in qua nos cum Christo sedere in celesti-
 bus fecit. et faciet. Habet enim Christus que est vita. triplicem mortem fugare
 per triplicem vitam quam refert. Nam per vitam gratie expellit mortem culpe. per vi-
 tam nature expellit mortem nature. et per vitam glorie expellit mortem
 pene eterne. In hoc autem evangelio agit de morte et vita nature. scilicet
 quod Christus quendam mortuum ad sepulchrum cum parente revocavit
 ad vitam. In quo quatuor evangelio quinque ordinarie describunt. Pri-
 mum est Christi cum discipulis suis in civitate naim deambulatio. In prin-
 cipio evangelij. Secundum est defuncti cum matre vidua Christi ob-
 viatio ibi. Cum appropinquaret portui civitatis et defuncti ob-
 viatio ibi. Quam cum vidit. mo. et. Quartum est defuncti resusci-
 tatio ibi. Et accessit. et te. lo. Quintum est ex visione miraculi populi edifica-
 tio et diuine maiestatis laudatio ibi. Accipit autem omnes timor et
 quod ad finem. Primo ergo ponit Christi cum discipulis suis in civitatem
 naim ambulatio. Litera plana est. Naim civitas est galilee secundo
 miliario montis. thabor ut dicitur beda. ad quam Christus iuit cum disci-
 pulis suis. et dum appropinquaret portui civitatis et defuncti. Moraliter
 autem ad edificationem nostram nota quod per istum mortuum peccator significat
 qui mortuo reparat. quod ea que mors infert homini. peccatum infert
 peccatori. Peccator autem homini mortuo reparat et assimilatur. et peccator
 mortui quantum ad decem. Primo quod mors fuerat hominis vita nature.
 sic peccatum privatur aiam vitam gratie que deus est. Nam sicut aia est vita cor-
 poris que recedit per mortem. ita deus est vita anime que recedit per peccatum.
 Esa. lix. Iniquitates vestras diuini inter vos et deum vestrum. Et ideo quanto
 deus est melior anima. tanto magis dolendum est de recessu dei ab ani-
 ma quam de recessu anime a corpore. Et quanto anima est melior corpore.
 tanto magis est dolendum de morte anime quam de morte corporis. Sed
 ut dicit Augustinus. Miserabilis miseria in hominibus apparet quod cum moritur